



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CCCXXXVIII. Testament des Domherrn Jacob von Krusemark, vom 2. Jan.
1455.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Geuen nha godes borth dusent virhundert iar dar nha jmme vir vnde vestigesten Jare, amme donredage vor Nicolai des hiligen bisschopes, ju vnsem gemeynen Capitel.

CCCXXXVIII. Testament des Domherrn Jacob von Krusemarck, vom 2. Jan. 1455.

— **Jacobus de Crusemarke**, presbiter, Canonicus ecclesie sancti Nicolai Stendaliensis halberstadenfis diocesis, quamvis aliquantulum corpore debilis, ut apparuit, mente tamen et ratione — sanus — In mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia personaliter constitutus — Testamentum suum — ordinavit — Primo donavit et legavit monialibus et toti conventui in Creufelse Quinquaginta flor. renen., pro quibus quilibet earum singulis diebus ordinarie et singulis annis succedentibus legant unam vigiliam. Item simili modo totidem flor. assignavit monialibus et conventui in Niggendorpp, Item simili modo totidem flor. in Arntfse monialibus et conventui assignavit, ut semper anno elapso faciant memoriam meam cum vigiliis et missis pro defunctis. Item assignavit quendam Cyrographum Cyriaci Crusemarke super una marca pro undecim marcis plebano in Ghifenslage, pro quibus singulis annis cantet vigiliis et peraget memoriam ipsius, taliter videlicet quod idem assumat ad se duos presbiteros, quibus dabit cuilibet sex denarios et ad comedendum, et pro progenitoribus suis patre matre Sorore et fratre singulis annis binies. Item do et assigno Sorori mee omnia suppellectilia curie et domus mee parva et magna, Item omnes caulas, omnia Clenodia et vestimenta. Item domino wiperto mensam stantem in Aula siue domo. Item ceteris testamentariis cuilibet tres flor. ren. dempto fratre meo, cui assigno unum equum Nigrum. Item Juniori hans krusemarke, filio fratris sui, unum equum ruffum do sibi. Item domino Nikolao Bekeman quinque solidos. Item domine Margarete Schönenbergh, moniali in Creufelse, eyn grun spynde et .i. flor. ren. Item margarete Rederen unum flor. ibidem. Item in Arntfse filie fratris mei unum flor. Item in Nigendorpp Mette swartenholt unum flor. et filie sororis sue Item uxori stallen unum flor. et duabus filiabus cuilibet unum flor. Item Gerardo Cloden duos libros pro horis canonicis. Item do domino Alberto horologium meum. Item omnes reemptions ego do ad horas beate marie decantandas in ecclesia Nicolai, que debent se extendere ad Centum marcas. Item do dominis de Capitulo Quindecim marcas, que sunt apud dictum Gherchow in Swarterslage. Item do vicariis ecclesie sancti Nicolai decem et octo flor. pro memoria mea peragenda. Et ad premissa et Subsequentia exequendum fideliter Constituo et eligo dominum wernerum de cloden Canonicum, Albertum deffow, hans Crusemarke fratrem meum, wernerum Calue, henningum Grapen et Ermbrecht de Runtorpp et quemlibet eorum in solidum. Item famule mee do unum flor. ren. Item do fratribus minoribus in Stendal quatuor flor. Item volo quod emantur duo panni grisi, qui debent poni super secreto in sepultura mea et postea debent dari pauperibus. Item do fabrice ecclesie sancte gertrudis unam marcam et unum lectum etc. — Acta et facta sunt hec Stendal, in Curia Canonicali dicti domini Jacobi Testatoris, Sub anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, — Secunda mensis Januarii — Presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Angelo kerften, arnoldo wisteden et ludouico fabri presbiteris, perpetuis vicariis ecclesie sancti Nicolai predictae, Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Petrus Dabertzin Clericus havelbergensis diocesis publicus Imperiali auctoritate notarius etc.